

1235, desembre, 8

*Agnès, abadessa de Sant Daniel, firma a Bernat de Sant Cristòfol de Terrassa una possessió que aquest ha adquirit en domini del monestir.*

ASD núm. 111, perg. orig., 92 x 155 mm.

Sit notum cunctis quod ego Agnes, Dei gratia abbatissa Sancti Danielis et conuentus eiusdem laci, laudamus et concedimus tibi Bernarda de Sancto Christofori de Terraza et tuis perpetuo totum illum honorem quem tu emisti in dominio Sancti Danielis, cum exitibus et ingressibus et pertinenciis et tenedonibus et ut melius dici uel intelligi potest ad tuum tuorumque comodum ad omnem tuam uoluntatem et tuorum, saluo iure Sancti Danielis in omnibus, et de tercio ipsius honoris recognoscimus nos a te bene ese paccatas, renunciando excepcioni non numerate peccunie.

Actum est hoc .VI. idus decembris anno omni .MCCXXX. quinto.

+Agnes, gratia Dei abbatissa\*. Sig+num G[uilielmi] de Macianeto. Sig+imm Petri Roquerii. Sig+num Berengarie de Riuopirarum. Sig+num Brunissendis, sig+num Berengarie de Palaria, monialium.

(s. *man*) Raimundus de Caciano, qui hoc scripsit mandato Bernardi de Uico, publici Gerunde notarii. Ego Bernardus de Uicco, publicus Gerunde notarius, subscribo.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 233-234